Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8164
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Hic dormiens parens, aquam
In limpidam liquescit.
Virtute cuius intima,
Bonum solum creatur,
Fortis pater, pulcer, nouus
Natum fuit nouellum.
Hic semper in suo patre,
Manet, pater: nato
Vt separari non queant
Multos ferunt: fructus.
Quos nulla perdant tempora,
Nec mors acerba tangat.
Sed gratia Dei simul
Regno suo triumphent.
Viuit pater cum filio
Vno throno insidentes
Sens Magistri lumina
Medio loco refulgent.
Victoris instar pallio
Vestitus est rubente.

Soli Deo sit gloria.
In secula seculorum
AMEN.